

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 4217

**Auteur(s) :** Robert Tornegluie [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** La Lucerne-d'Outremer, Sainte-Trinité de La Lucerne (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1265, mai

**Action juridique :** vente

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Robert Tornegluie, fils de Raoul, de Saint-Nicolas de Bois-Roger, vend à l'abbé et aux religieux de La Lucerne une rente annuelle de deux boisseaux de froment qu'il tient desdits religieux à Saint-Nicolas de Bois-Roger.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Dubosc François, *Cartulaire de la Manche*, abbaye de la Luzerne, abbaye de Mont-Morel, prieuré de la Perrine, Saint-Lô, Jacqueline fils (Archives départementales de la Manche), 1878, n° CXIV, p. 98.

Texte établi d'après a

Notum sit omnibus presentibus et futuris quod ego Robertus Torneglui, filius et heres quondam Radulfi Torneglui, de parrochia Sancti Nicholai de Nemore Rogeri, vendidi finaliter et concessi viris religiosis abbati et conventui de Lucerna duos boissellos frumenti annui redditus, ad festum Sancti Michaelis, ad mensuram Sancti Nicolai de Nemore Rogeri, sitos super totum feodum quod teneo de dictis religiosis in parrochia supradicta apud Arnereium, percipiendos et habendos predictis religiosis, una con (sic) duobus quarteriis frumenti que ipsi antea habebant in predicto feodo, ad eandem mensuram, reddendis similiter ad festum antedictum, com (sic) duobus panibus et duabus gallinis ad Natale Domini et viginti ovis ad Pascha, per manum meam vel heredum meorum, libere, pacifice et quiete sine ulla reclamacione de cetero mei vel heredum meorum. Et sciendum est quod licebit dictis religiosis suam plenariam justiciam exercere super totum predictum feodum pro predictis duobus boissellis frumenti sibi reddendis et habendis ad terminum ante dictum, prout sunt domini capitales feodi supradicti, et sicut, pro predictis duobus quarteriis frumenti et regardis habendis terminis supradictis, antea faciebant. Si quidem ego predictus Robertus et heredes mei predictos duos boissellos frumenti tenemur sepedicti religiosis garantizare et defendere contra omnes, vel alibi in propria hereditate nostra valore ad valorem competens excambium assignare. Pro hac autem vendicione et concessione finaliter a me facta predicti religiosi dederunt michi triginta tres solidos Turonensium et integre persolverunt. Et hec omnia suprascripta tenenda et custodienda bona fide supra sacrosancta ewangelia juravi fideliter observare et quod contra non veniam ullo modo, et ad hec heredes meos obligo et relinquo perpetuo obligatos. Quod ut firmum et stabile in perpetuum permaneat, presentem cartam sigilli mei munimine roboravi. Actum est hoc anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo quinto mense maio.